Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

eloquiis aptissime refragatur. sine ulla quippe ambiguitate per
pphetam dicit. Omnem flatum ego feci. Animas uidelicet
intellegi uolens. quoduerba consequenta manifestant. Nontaq:
unum quem facto ex terra homini primo inspirauit. sed omnem flatu
ipse fecit. ipse adhuc facit. Quaeritur tamen utrum omnem
flatum ex uno illo flatu. sicut omne corpus hominis ex uno illo
corpore faciat. Anuero noua quidem corpora faciat ex uno.
animas autem nouas ex nihilo. Quis enim congrua suis originibus
genera rerum etiam de seminibus facit. Nisi quipsa semina sine
seminibus fecit. sed ubi res naturae latet obscure nrm modulum
uincit. et a pesta diuina scriptura non subuenit. Temere hinc
aliquid definire humana coniectura praesumit. secundum uitas
autem quas proprias habere incipiunt. Nouos homines dicimus
nasci. siue animas siue corpore. Atuero secundum originale peccatum
ueteris nascuntur. ideo baptismate renouantur. Aliquid ergo
certum de animae origine. Nondum in scripturis canonicis comperi.
Nam hi quino uas sine ulla ppagine asserunt animas fieri. inter
testimonia quibus innituntur ostendere. ponunt etiam illa duo
quae paulo ante commemorauimus. Qui fingit spm hominis in ipso.
et qui finxit singillatim corda hominum. De quibus uides. quem
ammodum positae resistentibus responderi. Utrum enim cum
fingit ex alio fingat an ex nihilo incertum est. Illud tamen inter
certe testimonium uidetur esse precipuum. quod in libro salomonis
ecclesiaste legitur. et reuertitur puluis in terra sicut erat. et sps
reuertitur ad dm. qui dedit eum. Sed ac illi mere respondetur
corpus in terra. de qua factum est primum hominis corpus.
et sps ad dm a quo facta est prima hominis anima. sicut enim
nrm corpus inquiunt quamuis ex primo illo corpore ppagatum sit.
Cotamen redit unde ipsum primum corpus effectum est sic anima
nra quamuis ex illa anima ppagata non ad nihilum quia in mortalis est